

super candelabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt. Vidisti tu: uideamus & nos: tenebrae sunt: non offendamus in paganis: non erremus in haereticis: luceat nobis lucerna: doceat nos uerbu in carne. Videamus quid dicit euangelista: uideamus si admissu est consiliu Petri. Adhuc inquit eo loquente: ecce nubes lucida obubrabat eos: ecce uox de nube dicens: oes audiamus: nemo aures claudat: audiant pagani irrisores: audiant iudaei persecutores: audiant manichaei fantasma seminantes: audiant haeretici erronei litigatores & audiant & maxime audiatur: audiant & catholici fideles dei electores: isti audiant ut instruantur: illi ut corrigantur: aut isti audiatur ut seducantur: illi ut puniantur. Quid dixit uox de nube? Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene coplacui. Vbi estis qui aduersamini in filio dei? Pater dixit: Hic est filius meus dilectus: & tu dicis non habet filium deus. Tu paganus quid foris stas: & murmuras: intra huc in scholam dei: aperi aures cordis tui: audi uocem domini & simile filium dei: quid agitis iudaei qui occidistis filiu dei: quo fugietis: ubi uos abscondetis? Qui montes: quae petrae super uos casurae sunt: & si in cauernis petrae uos absconderitis: inde extraham uos dicit dominus. Sed & uos uenite & intrate: consiliu meu audite desperare nolite quonia sunt reliquiae homi pacifico. Sauiistis: occidistis: sanguine Christi fudistis: in periculo estis: filio dei increduli fuidistis. Quid facere nunc debetis: nisi credentes ut baptizemini: bibatisque sanguinem quem fudistis: non est quod horreatis: fusus est sanguis medici: & factus est medicamentum freneticis: quid dubitatis? Gustate & uide: quoniam suauis est dominus. Quid tu Manichaeus quid diu fantasma somnaris? Euigila & uide: nubila tonant: & quid tonant? Hic est filius meus dilectus. Vide in terra hominem uerum: audi de caelo deum uerum: utrumque uerum esse cognosce: id est deum & hominem filiu dei: & hominis unum eundemque esse hominem: & deum cognosce & placabis deum. Caue ne offendas in lapidem: & mortis patiaris ruinam: quia quod somnaris uanitas est: quod deus tonat uirtus est. Audi tu Sabellianus: audi de caelo patrem: uide in terra filium: & noli dicere idem pater qui filius est. Audi Sabellianus & in patre & filio noli errare: sed sequere unitatem. Domine audiamus quid dicis de filio. Hic est inquit filius (Vide in terra hominis filium: audi de caelo dei esse filium) meus dilectus: in quo mihi bene complacui: & quid ille ipsum audite. Deo gratias in tonuit praecipuum deo: & remotum est consiliu Petri: Gratias tibi deus uirtus: gratias tibi deus pater: qui & filiu tuum ostendisti: & mihi ducem dedisti. Recedat Sabellianus: recedat Arrianus: recedant caetera pestes: recedat omnis iniquitas atque doctrina: doceat deus & non Arrius: doceat filius & non aduersarius. Dic dominus meus Iesus doce: ut discam quod doceas. Sabellianus dicit. Ipse pater est filius. Arrianus dicit. Alius est pater: alius est filius: pater maior: filius minor: aduersatur: clamat: litigat: pugnat: tubas congregat: contra Christum dimicat. Ille sanguinem fudit ut redimat: iste pecuniam spargit ut perimat: speluncam fabricat: illic catholicum praefocat: christianum uocat paganum: baptizato ingerit baptismum contra id quod scriptum est. Qui semel lotus est non indiget denuo lauari. Clamat homo christianus sum: quid me dicis esse quod non sum? clamat fidelis sum: & ille dicit: accipe a me pecuniam. clamat redemptus sum: & ille dicit: accipe a me aurum: aut quid das? aut quid auferis? Das pecuniam: auferis gratiam: das praecipuum: ut auferas quo emptus sum. Quid emis ab empto? precium meum non aurum sed sanguis est christi: non me seducis: non me decipis: quantumcumque mihi conferas non mihi tolles precium meum: pecunia tua tecum sit in interitum: nam precium meum non habet precium. Clamat homo fidelis sum: exufflas. Quid rogo christiano referuas? In quo praecipuum & filiu & spiritum sanctum exufflas? An forte nouam fide: nouum baptismum: nouum deum de transmarinis partibus adduxisti? Dic meus Paule: doce diuini iuris perite sponsi amice homo iste modo uenit: me non subuertet: fidei unitatem scindit: trinitatem diuidit: non sibi consentientem rebaptizare contendit. Quid facio in Iesu christo: per euangelium tu me genuisti: baptizatus sum. An forte aliud baptismum & alia fides? Absit inquit: una est fides unum baptismum: unus est deus pater omnium. Iam credidi: iam baptizatus sum: iam praecipuum habeo dominum: quare homicidam patior Arrianum? Subueni domine deus Iesu: accinge gladium super femur tuum potentissime: et egredere et occide eos omnipotentissime. In se ait uiuant: in te desinant persequi me. Sabelliani te subtrahunt: Arriani minuunt: tu quid dicis de te? pater dixit ut te audiamus. Cum te audimus ipsum audimus: uno ictu utrosque percutere aduersarios: pereant inquit uaniloqui et mentis seductores Arrius et Sabellianus: non dixit ego et pater unum sum: sed ego et pater unum sumus. Ergo si pater & filius unum sunt: imo quia indubitanter unum sunt: non duo sed unus deus: non in unicum aliquid propheta scripsit: sed uerum dixit domino dicente. Ante me non est formator deus: & preter me non erit. Docuit uirtus uirtutem: & gladio bis acuto omnem peremit errorem. Si adhuc reluctantur haeretici: audiant catholici diffinitiuam sententiam: quam sequantur. Audite patrem quid dixerit filio. Audite filium quid de patre dixerit uel de se. Siquis uobis euangelizauerit preter id quod accepistis: anathema sit. Diximus de patre & filio quod potuimus: & quantum potuimus si tamen aliud digne potuimus: de spiritu sancto tacuimus: sed non eum separauimus. Quia quid enim de patre & filio diximus: & de spiritu sancto diximus: est enim cum illis & in illis aequalis: unus: non minor aut tertius deus. Quid aliud dicam fatigatus? Qui spiritum sanctum a patre & filio aeternitate substantia uel comunione separat: eumque negat spiritum esse patris & filii: plenus est spiritu immundo: uacuuus spiritu sancto. Ideo enim deus dicitur charitas: quia non partibus diuidit unitatem sed ineffabiliter coagulat trinitatem. Ipsa est enim trinitas unus deus: turris fortitudinis a facie inimici: credentes in se custodit ipse in saecula saeculorum.

Aperi aures cordis tui

Aduersarij: christi: litigat: pugnat

Spiritus sanctus

Omniplon

**E**xpositio fidei Niceni concilii: In qua docet filium coaequalem coaeternum & consubstantialē patri: & Arriū confodit: docet quoque spiritum sanctum deum esse: & a patre filioque procedere. Epistola tertia.  
**R**edimus in unum deum patrem omnipotentem: omnium uisibilem & uisibilem creatorem: et in mundum dominum nostrum Iesum christum filium eius natum de substantia dei patris: quod graece ομοουσιον, id est consubstantiale deo de

deo: lumen de lumine: deum uerū de deo uero: natum non factum sicut hæretici dicunt: per quem omnia uisibilia & inuisibilia facta sunt: tã in cælis q̄ in terra: Qui propter nos hoies & propter nr̄am salutē incarnatus: homo factus passus resurrexit tertia die. Adscēdit ad cælos: uenturus inde iudicare uiuos & mortuos. & in sp̄m sanctū: qui de p̄re p̄cessit p̄prie. & deus est uerus sicut filius. Hos autē qui dicūt: erat tēpus quādo nō erat filius natus: & prius q̄ nasceretur non erat: aut q̄ ex nihilo factus sit: mutabilē aut cōuertibilē filium dei dicunt esse. Hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia: quæ fides inuisibiliū rerum est nō uisibiliū. Vnde Arriani Saluatorē iudētes in carne: putauerūt eius diuinitatē talem esse: qualē & carnē passibilē: mutabilem: conuertibile: & cōprehensibile: & quasi formidantē: & quasi nescientē oia: & p̄ficiētē ætate & sapia: & nihil facientē ex se: & subiectū: & orātem ad p̄rem: & gr̄as agentem: & edentē: & patientē: & lachrymantē: & gementē: & q̄escentē & postremo quæ sunt creaturæ propria: hæc creaturæ carni Saluatoris ascribenda sunt utiq̄: nō diuinitati quia deus in scriptura & homo dicitur. Quia ergo propter nos & homo dicit: non debemus quæ sunt carnis deo ascriberē: & quæ sunt dei carnis existimare propria. Siquid igitur minus aut inæquale: aut impotēs dicit in scriptura: aut subiectum aut humile: carnis eius est assumptæ. Quia uere natus est de carne: & quia cum hominibus. xxx. & plus annos conuersatus est: & uere habebat pati. & ideo uerus homo propter carnē accipitur: & uerus deus incarnatus ē in carne: passus natura passibili nō deitatis. Hæc. n. quæ pati debuerat caro hominis trāsgressoris: pro hominibus pati dignatus est deus per carnē passibilem. & ut diuinitatis eius inerrandam potentiam in re uisibili prædictam sentiamus: & bonitatis eius diuitias id est per passiōem peccatorū remissam credētes: in eum cōsequamur. Quale est igitur malum hoc: ut audeat quis gratiam domini nostri Iesu Christi quā pro nobis fecit se humilians ut nos exaltemur: humanis sensibus & uoce hæretica non solum non intelligere: insuper etiam periculosos blasphemias ad irritum eam adducere: atq̄ ultro ei aduersari dicēte scriptura. Scitote enim gratiam domini nostri Iesu Christi quoniam diues cum esset: propter nos pauper factus est: ut nos eius paupertate diuites existamus. Absit igitur in filio dei aliquid plus minusue aut in loco: aut in tpe: aut in potētia: aut in scientia: aut in æqualitate: aut in subiectione cū dicitur: hæc ut diuinitati eius non carni ascribantur. Si enim plus minusue aliquid inuenitur: excepto hoc q̄ pater genuit filium: & excepto hoc q̄ filius non ex semetipso natus est: sed de patre natus est proprie: non in tpe sed semper non aliūde: sed de sua substantia forte secundū uerbū eorū aut inuidens aut ipotens pater: insuper aut tēporalis agnoscitur. Et cū aperte hoc uetet scriptura & excretur: quō tpealem deū quē admodū gentiles uenerantur: ipsi etiam similiter adorāt: Nā si tpealis est: nec uerus potest esse: et si nō uerus: neq̄ potens oia. Et quid iā huic tali deo credendū est: qui erat aliquādo quādo nō erat: et ex nihilo natus est: dicēte scriptura. Si audieris me israel: nō erit in te deus recēs. Si ergo recēs: nō debet uerus credi. Si autē sēpiternus: quippe hic sēpiternus deus erat: qui loquebat̄ in oibus factus: et legē dedit Moyse in mōte Syna: et oia potens: et oia sciēs: et Adā in paradiso uisus est et in prædestinatiōe carnali futura enūcians ei: et cū Iacob luctatus est: et quē admodū humana fragilitas cape poterat cōdescendēs infirmitatibus oīum diuersorū genera approbat: aliis in gloriā timoris oīum causa: aliis in humilitate eminētis eius bonitatis agnoscēdæ. Si ergo sēpiternus filius de patre est: genitus quippe et oia sciēs: et oia potens: et oia saluās: oia continēs: oia iudicans: creans cū p̄re semp̄ et cū spiritu s̄cto. Accipe igit̄ q̄ creatura uerus deus nō pōt esse: neq̄ creaturā creatura saluare dicente scriptura. Et coluerūt et seruerūt creaturæ potius q̄ creatori: qui est benedictus deus in sæcula. Vides igit̄ q̄ paganitatis ē hoc potius q̄ christianitatis: Et q̄ non in tpe est natus: sed semp̄ natus erat de patre dicit apostolus. Inuisibilia enim eius a mundi creatura per ea quæ facta sunt: intellecta conspiciuntur tã sēpiterna eius uirtus et diuinitas. Vides igitur q̄ christus filius dei est: nō tēporalis sed sempiternus. Quod de substantia diuina patris natus est semper: ipse ait Saluator in euangelio: quod nascit̄ de carne caro est: et quod nascitur de spiritu spiritus est: quoniam deus spiritus est. Et q̄ uerus deus spiritus est: et q̄ uerus deus filius dei: dicit scriptura. Erat lumē uerū quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Et iteꝝ ipse euangelista beatus Ioannes. Hic est Iesus christus uerus. Et q̄ semper erat: ait ipse. In principio erat uerbum: et uerbum erat apud deū: et deus erat uerbum. Et q̄ ipotens est filius omnium creator: ait ipse euangelista beatus. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo omnia per ipsū facta sunt uisibilia et inuisibilia: quō dicit ante passionem saluator: q̄ de die et hora nemo nouit: neq̄ angeli celorū: neq̄ filius hominis nisi pater. Attendens igitur uidēs: q̄ propter utilitatem hominum dixit se nescientem p̄finitionem: ne negligentiores efficiantur homines. Nam et humilitatis suæ causa hoc dixit propter carnem passionis: quia quasi homo hominibus uidebatur: et utilitate omnium tacuit: res quidem gerēdas eis in sæculo annuncians atq̄ insinuans: diem autē et horam non eis aperiens. Quod ergo pro utilitate nostra tacuit: et se humiliavit: non debemus ei ultro esse ingrati: et non solum non intelligentes: insuper etiam iudaico amore hoīem æstimantes: eiusdē ætatis & ignorantia & ipotentia participē iudicantes: quā iudæi. Quod nō diuinitas naturaliter patiebatur sed caro: ipse ostendit iudæis dicens. Soluite templū hoc: & in tribus diebus suscitabo illud. Et cui hoc dubiū est: q̄ deus hoc dicebat: id est filius dei æternus: uerbum ueniens p̄ris: & sapiētia dei æterna & sempiterna: & imago dei uisibilis: & ab inuisibili natus non factus. Facta est autē caro & plasmata: in qua deus erat: quam & indutus erat propter inuisibilitatem & impossibilitatē uisionis nostræ: neq̄ intrinsecus erat solum: sed extrinsecus & intrinsecus: & in cælis & in terra: et omnia continens: et implens omnia. Nihil ergo imperfectum in filio dei: nihil inæquale: nihil impotens: nihil temporale: nihil incognitum: omnia uera: omnia impassibilia: omnia ingentia: omnia æqualia patri: dicente Saluatore. Nemo nouit filium nisi pater: et nemo nouit patrem nisi filius: & cui uult filius reuelare. Vides æqualitatem filii ad patrem: Cum ergo patrem nouit filius inenarrandum et incomprehensum: diem nescit et horam quam ipse fecit: Absit a sensibus nostris hoc. Iterū

*Fides inuisibilium*

*Remissa. re.*

*Sempiternus filius de patre*

*Nihil tpeale in filio dei: oia æqualia patri*

hoc iterum ipse saluator dicit. Da illis pater: ut honorificent filium sicut honorificant patrem. Aequalis ergo deo est filius dicente apostolo: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est cum esset aequalis deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Humiliauit se usque ad mortem: mortem autem crucis. Vides quod utrumque scriptura non abnegat in filio: Et quod dei est uirtus omnipotentis: omnia scientis: & omnia complentis: omnia dantis: omnia habentis: iudicantis: creantis: saluantis: et quod creaturae naturae est id est carnis eius: et patientis et plorantis: et quasi non potentis: omnia quasi subiecti: et caetera huic similia. Non ergo debet esse confusio rerum: quod uis coniuncti mortalis immortalis. Immortalitas dei rei mortali est coniuncta propter nostram salutem: et creditur. Et post passionem corporis: in quo apparuit etiam in eo permanens in perpetuum: ut et illi qui crucifixerunt: eum aspiciant: & impassibilem scilicet uis eius diuinae naturae per materiam conspicabilem sustinentes contemplantur: & iudicium uisibile terminetur: & mysterii secreti scientia reueletur: & potentiae eius maiestas & bonitas cunctis hominibus cognoscatur. Quid quod & spiritum sanctum uerum deum inuenimus in scriptura: & de patre proprie esse: & cum patre & filio sempiternum. Sed & regnare & creare: & ubique esse & saluare & uiuificare & peccata dimittere: Et omnia complei & sanctificare: & iudicare & docere: & omnia scire & inhabitare: Et quemadmodum filius dei: ita & spiritus sanctus persona tertia: sicut filii & patris. Tres enim personae sunt quibus credimus uerae: aequales: diuinae: unius substantiae: id est de patre filius: & spiritus sanctus proprie et uere de patre qui procedit. Primum igitur accipit: quod de patre est proprie et spiritus sanctus dicente scriptura. Verbo dei caeli firmati sunt et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et Saluator ait. Cum autem uenerit paraclytus: disciplina spiritus ueritatis qui de patre procedit ille de meo accipiet: quoniam ipse me glorificauit: et ueniens annuntiabit uobis. Et soluit totum statim interpretans dominus ostendens primum quod persona sit spiritus sanctus dicens. Ille de meo accipiet: et ut ne sicuti seruum aut creaturam aut partem potentem monstraret patrem: mox persoluit interpretans et dixit. Ideo autem uobis dixi: quod ille de meo accipiet: quia omnia quae patris sunt mea sunt. Si igitur ea quae patris eadem filii sunt: ea omnia spiritus sancti sunt. Nihil ergo in omnibus deest filio quod non ad eius attineat potestatem: nihil quod non ab eo factum sit: et eius nutu ac moderamine non regatur. Cum ergo omnium habeat potestatem filius in omnibus nihil deest omnium. Horum igitur omnium habet potestatem & spiritus sanctus: quorum & filius. Sic enim dicit de spiritu sancto saluator. Ille iudicabit mundum et conuincet et docebit de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem quod non crediderunt in me. de iusticia autem quoniam uado ad patrem meum: de iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Vides ergo quod spiritus sanctus annunciat filium & docet de filio: & filius de patre & de spiritu sancto: & spiritus sanctus docet de patre & de filio. Trinitas igitur quia uera est: inenarranda est: inuisibilis est: omnipotens est. Sese predicat: sese annunciat dignanter omni creaturae uisibili & inuisibili non ualenti quidem dignanter: aut narrare aut mirari aut comprehendere aut inuestigare: aut quemadmodum est humanis eam sensibus occupare. Constat igitur infirmari hominem sanctae uenerandaeque trinitatis inenarranda gloria maiestatis aut potentia. Huius igitur trinitatis narratio si excedit: quanto magis frustrabuntur qui audent inter patrem & filium & spiritum sanctum aut locum aut tempus aut aliquam causam humanam ponere: qui non solum quid sit deus intellexerunt: sed nec & quid sit homo attendere potuerunt. Nihil ergo in trinitate subitaneum: nihil nuperrimum: nihil temporale: nihil impotens: nihil maius: nihil minus: nihil inaequale. Trinitas ueneranda deprecanda: trinitas inenarranda: inuestiganda: incomprehendenda: & quod inuisibilem rerum fides est nobis: dicit apostolus. est autem fides sperandarum rerum inuisibilem examinatrix. In hac testimonium meruerunt seniores. Et iteque in euangelio. Deum nemo unquam uidit. Et iteque: spiritus ubi uult spirat: & uocem eius audis: sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Quod deus est spiritus dicit Petrus beatus apostolus. Ut quid mentitus es spiritu sancto Anania: Non es mentitus hominibus sed deo: non dixit patri aut filio aut spiritui sancto. Vides igitur quod deus est spiritus sanctus: & quod ubique est dicit sanctus propheta. Quo fugiam a spiritu tuo domine: aut a facie tua: quo uadam: Et quod omnia compleatur spiritus sicut filius: ait propheta. Spiritus domini impleuit orbem terrarum. Et ita in actibus apostolorum. Haec dicit spiritus iubens separate mihi Barnabam & Paulum ad opus quod uocaui eos mittere. Et iterum apostoli: placuit spiritui sancto & nobis. Et in libro regnorum dicit deus iudaeis. Regnauerunt non per me neque per spiritum meum. Et in prophetis ita dominus Israel concitauit spiritum domini. Et quod habitet in homine spiritus sanctus: quod filius dicit & apostolus quoniam corpora uestra templum est spiritus sancti: qui habitat in uobis. Et quod omnia nouerit spiritus sanctus dicit apostolus ita. Alii datur per spiritum uerbum sapientiae. Alii uerbum scientiae in eo spiritu. Alii fides. Alii linguarum genera. Alii interpretationum in eo spiritu. Alii gubernatio. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens oibus sicut uult. Non dicit sicut iubet sed sicut uult: ostendens non creaturam sed uerum spiritum de deo esse: & omnia posse sicut filius. Unde statim ait apostolus. Quomodo nemo nouit hominum quae sunt in homine nisi spiritus hominis qui est in eo. Sic & quae sunt dei nemo nouit nisi spiritus qui de deo est. Spiritus enim dei perscrutatur etiam alta dei. Vides quemadmodum omnia scientem spiritum sanctum & omnia potentem & ubique esse & omnia creasse & omnia saluare sancta nobis annunciat. Unde & saluator in euangelio blasphemiam spiritus sancti neque in hoc neque in futuro saeculo hominibus statuit dimittendam dicens. Ideo dico uobis quod omnis blasphemia & omne peccatum dimittetur hominibus: blasphemiam autem spiritus sancti neque hic neque in futuro dimittetur hominibus. Non utique dicebat blasphemiam aliam spiritus sancti iudaeis: nisi hoc aut deus non erat: aut de deo proprie non est. Nam inuenimus quod iudaei non audent denegare spiritum: sed in scripturis sic ubique legentes aut creaturam accipiunt sicut angelum aut ipsum patrem existimant: & tertiam personam accipiunt: aut compositum arbitrantur deum patrem: cum sit propriae naturae sicut & pater. Ex his etiam spiritu altero putant eum

Tres personae unius substantiae

Trinitas inenarranda

fides

Spiritus unus diuidens oibus sicut uult

Blasphemia spiritus sancti

Scripturae

consistere & uerbo cum sit magis hoc: compositæ rei & creati q̄ ueræ diuinæ incorporeæ ac simplicis: quæ solet a iudæis hæc sic intelligi: & paganis interdum. Nobis igitur unus pater & unus filius eius uerus deus: & spiritus sanctus unus uerus deus & hi tres unum sunt: una diuinitas & una potentia & unum regnum. Sunt autem tres personæ non duæ non una: non secundum reuelationem aut collectionem aut confusionem sed semp̄ manentibus personis diuinis. Hæc fides datur in baptismo ab his & remissa datur peccati: & uita æterna sine aliqua dubitatione speratur. Huic trinitati credentes uiri sancti & beati patriarchæ propheta: apostolorum: martyres & martyrii gratiam meruerunt: & spem uitæ perennis adepti sunt: & regnum cælorum hæreditatiõne nõ ambigua sunt sortiti.

Beati Hieronymi ad Damasum papam sciscitantis an in trinitate tres hypostases sint confitendæ: & quibus apud antiochiam communicare debeat. Epistola quarta.

**Q**uoniam uetusto oriens inter se populorū furore collisus: indiscissam domini tunicam & desuper textam minutatim perfrusta discerpit: & christi uineam exterminant uulpes: & inter lacus cõtritos qui aquam non habent difficile ubi fons signatus: & horrus ille conclusus sit possit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri & fidem apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nunc meæ anime postulans cibum unde olim christi uestimenta suscepi. Neq̄ enim tanta uastitas elementi liquentis & interiacens longitudo terrarum: me a preciosa margaritæ potuit inquisitione prohibere. Vbiq̄ fuerit corpus: illuc congregatur aqua: profligato a sobole mala patrimonio: apud uos solos incorrupta patrum seruat hæreditas. Ibi cespitem terra fecundo dominici seminis puritate centenos fructus refert. Hic obruta sulcis frumenta lolium auenaq̄ de generant. Nunc in occidente sol iusticiæ oritur: in oriente autem lucifer ille qui ceciderat: supra sydera posuit thronum suum. Vos estis lux mundi: uos sal terræ: uos aurea uasa & argentea: hæc testacea uasa uel lignea uirgam ferream & æternum operiunt incendium. Quæ uero igitur tui me terreat magnitudo: inuitat tamen humanitas. A sacerdote uictimam salutis: a pastore præsidium ouis flagito: cessat inuidia: romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi christum sequens beatitudini tuæ id est cathedræ Petri cõmunionem confocior: super illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicquid extra hanc domum agnum comederit: prophanus est. Siquis in arca Noe non fuerit peribit regnate diluuii. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigraui: quæ syriam iuncto barbariæ sine determinat: nec possum sanctum domini tot interiacentibus spatiis a sanctimoniis tua semp̄ expetere. Ideo hic collegas tuos ægyptios confessores sequor: & subonerariis nauibus parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem. Melitiũ respuo. ignoro Paulinum. Quicquid tecum non colligit: spargit. hoc est qui christi non est: antichristi est. Nunc igitur pro dolor post Nicenam fidem: post alexandrinum iuncto pariter occidente decretum: trium hypostasim ab Arrianorū præfule Campensio: nouellum a me hoie romano nomen exigitur. Qui quæso ista apostoli prodiderunt: Quis nouus magister gentium. Paulus hæc dicit. Interrogemus quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi tres psonas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. nõ sufficit sesus: nomẽ efflagitat: quia nescio quid ueneni in syllabis latet. clamamus quis tres hypostases aut tria enhypostata hoc est tres subsistentes personas nõ cõfiteatur: anathema sit. Et quia uocabula nõ edicimus: hæretici iudicamur. Siquis aut hypostasim uisam intelligens: nõ tribus psonis unã hypostasim dicit alienus a christo e: & sub hac cõfessione uobiscum pariter cauterio unionis iurimur. Discernite si placet obsecro: nõ timebo tres hypostases dicere. Si iubetis: cū datur noua post nicenã fides: & similibus uerbis: cū arrianis cõfiteant orthodoxi. Tota sæculariũ litterarum schola nihil aliud hypostasim nisi uisam nouit. Et quis rogo ore sacrilego tres substãtias prædicabit? Una est dei sola natura: quæ uera est. Ad id enim qd' subsistit nõ habet aliunde: sed suũ est. Cætera quæ creata sunt etiã si uidentur esse non sunt: quia aliquãdo non fuerunt. & põt rursus non esse quod non fuit. Deus solus qui æternus est: hoc est qui exordium non habet: essentiæ nomen uere tenet. Iccirco & ad Moysen de rubo loquitur. Ego sum qui sum. Et rursus: qui est me misit. Erant utiq̄ tunc angeli cælũ terra uel maria. Et quõ cõmune nomen essentiæ propriæ sibi uendicat deus: Sed quia illa sola natura est perfecta: & in tribus personis deitas una persistit: quæ et uere una natura est: quisq̄ tria esse hoc est tres esse hypostases id est uisam dicit: sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Et si ita est: cur ab arrianis parietibus separamur perfidia copulati? Iungantur cum beatitudine tua Ursinus: cum Ambrosio societur Auxentius. Absit hoc a romana fide: Sacrilegium tantum religiosa populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam tres personas subsistentes perfectas: æquales: coæternas. Taceantur tres hypostases: si placet: & una teneatur. Non bonæ suspicionis est: cum in eodem sensu uerba dissentiant. Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostases cum suis interpretationibus debere nos dicere: non negamus. Sed ~~mihi~~ dicit: uenenum sub melle latet: transfigurauit se angelus sathanæ in angelum lucis. Bene interpretatur hypostasim: & cum id quod ipsi exponunt habere me dicam: hæreticus iudicor. Quid tam anxie unum uerbum tenet? Quid tam sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt: ut interpretantur: non damno quod retinent. Si sic credo: ut ipsi sentire se simulant: permittant & mihi meis uerbis suum sensum loqui. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum mundi salutem: per homousian trinitatem: ut mihi epistolis tuis siue tacendarum siue docendarum hypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas in quo loci dego te fallat: per baiulos litterarum ad Euarium presbiterum: quem optime nosti dignare scripta transmittere: simul etiam cui apud Antiochiam debeã communicare significes: quia campenses cum tharsensibus hæreticis copulantur: & nihil aliud ambiunt: q̄ ut auctoritate

Lohum  
Ano 19

facisset inuicta

Hypostasis  
Vna  
Cauteris unionis iurimur

Ueneni sub melle latet

per baiulos lraige